



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis  
Expositio**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Prima proprietas Emphyteusis. Res apta meliorari. Caput II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

## CAPUT PRIMUM ET SECUNDUM.

629

4. Jam verò Secundd, à Censu consignati-  
vo; qualis est, quem nos Siculi in formam  
Bullæ, seu Bullarem appellamus; differt in-  
ter cetera, quia in Emphyteutam transfertur  
possessio totius prædii sub dicta obligatione  
pensionis solvendæ, at in Censu consignatiyo  
non transfertur possessio dicti prædii in aliū,  
sed ipse Censuarius remaneat Dominus sui  
prædii; illudq[ue] possidet sub obligatione  
reddendi debitam pensionem, quam aliis, qui  
vocatur Césuista, sua pecunia emit, eo mo-  
do, quo latè diximus in Tract. de Censibus.

5. Tertio, à Venditione differt Emphyteusis in eo, quod per Venditionem transferetur Dominum utile, & directum in ementem, cum in Emphyteutam transferatur utile dumtaxat. Illud hic adverte, quod sicuti, qui emit, venditque perfecto Emptionis contractu, non potest resilire, ita, qui accipit ad Emphyteusim; quare Emphyteuta non potest dimittere rem Proprietario non contentienti.

6. Quartò, à Locatione differt, quia hoc non est, nisi ad annos pauciores decennio, cum Emphyteusis debeat esse, saltē ad decenium; & solet interdum dari ad unius vitam, vel ad vitam duorum, trium, pluriū, immo & in perpetuum. Hinc si locatio esset ad Decenium, aliqui apud Bonac. dicunt, non esse locationem, sed Emphyteusim. Aliam magis intrinsecam differentiam inventio in aliquibus Doctoribus, (quam nostrum non est, late discutere) nam per Emphyteusim transfertur (ajunt) dominium utile, & Jus in re in Emphyteutam; at per locationem non transfertur ejusmodi utile dominium, & Jus in re, sed solum Jus ad rem, quia res non manerit obligata Conductorī, sed solum ipsa persona, quae rem locavit. Ita ius inuitat Delugo, b. sed vide Molinam, & aliosque.

In locatione item major solet penso imponi, quam in Emphyteusi, quia huic ex se additur onus meliorandi, de quo mox.

- 7. Quintò, à Livello, & Feudo, quomodo differat Emphyteusis, dicā mox cū de ipsis. Ex dictis colligas, velim, discrimen inter bona Emphyteutica, & Allodialia, seu Al- laudia; hæc enim, tum quoad dominium utile,

laudes, nec enim, tum quoad dominum utile, tum quoad directum pertinent pleno. Tum ad posseforem, & sic appellantur, quia sunt sine laudo, seu Laudatione, seu Laudemio, quod alias præstare debeat; quod, contra, est (ut iam vidimus) in bonis Emphyteuticis.

8. Inquires. Quando dubium est, an aliquis contractus sit Emphyteuticus, an Censualis, qualismam censendus erit?

<sup>1</sup> Respondeo. Censalem docet merito Co-  
vare. <sup>d</sup> quia id minus aggravat possidenteum, <sup>d</sup> Covar.  
facit enim illum esse Dominum etiam Pro-  
prietatis, quod non facret Emphyteusis, quæ  
folum constituit Dominum utilem.

Dixi *Quando dubium est*, nam si alibi res ex consuetudine semper dari soleat in Emphyteusim, Emphyteusis est iudicanda, sed tunc non est dubium, nam ex illa consuetudine res est moraliter certa. e

c Mol. d.  
381.734.8.

Ex cognita natura Emphyteusis, & differ-  
entia à ceteris aliis contractibus vides, in  
ipsa quinque proprietates inveniri, sequenti-  
bus quinque capitibus, breviter explicandas.  
Prima est, quod res danda debeat esse apta  
meliorari. Secunda, habiles personæ debeat  
esse, hoc est, altera ad dandum predium, al-  
tera ad meliorandum. Tertia, debeat solvi  
canon. Quarta, debeat admoneri Dominus  
directus, & solvi Laudemium, quando præ-  
dium fortè sit alienandum. Quinta denique,  
eadem onera Emphyteotica subire redeat le-  
gitimus successor. Atque haec quidem pro-  
prietates sunt de jure communi, ceterum, si  
alicubi aliae sint leges Municipales, vel legi-  
timæ consuetudines illas observato.

## C A P U T II.

### Prima Proprietas Emphyteusis.

*Res apta meliorari.*

**R**es immobiles, quæ meliorari queunt, dari solūn posunt ad Emphyteusim, ut domus, ager, vineæ, arboreæque solo adhaerentes. Hinc ea non potest institui, nec circa res mobiles, nec circa immobiles, quæ ex se per meliorationem non sint augendæ, ut sunt pecunia, census, redditus, &c.

Dixi, ex se, nam, quando deinde res sunt  
forte satis melioratae, dari etiam solent in  
Emphyteusim, quasi continuetur praecedens  
contractus, & quidem dari poterunt juxta  
valorem meliorationum sub majori pen-  
sione, quia magis sunt fru-  
ctuosa ipsi possi-  
denti.

Hhh 2 CAPUT